Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



86

maiestate et gloria in patre orbe iudicaturus. Statim
autem post tribulacionem dierum illorum sicut puto tempe elapso
post tribulacionem antichristi. in quo tempore breui illi qui
detenti fuerant per antichristum permitte poterunt. sol ob-
scurabitur non per priuacionem sui luminis cui ei natu-
ralis. sed ista obscuritas erit respectu mri per interposicionem
alicuius corporis opaci quadamodum fit in eclypsi. et luna
non dabit lumen suum. et stelle cadent de celo non quasi
ad terram. cum sint in corruptibiles. sed secundum ap-
parencias. quia ipse stelle abscondentur nubium densitate.
et de nubibus visibiliter descendent exalacions ignite
que dicuntur stelle cadentes. Et erit signa in sole
et luna et stellis. quae licet alias plures precesserint.
tamen immittere adiecta iudicia maiora et terribiliora
erunt. Et in terris pressura gentium. per fluxum sonitus
maris et fluctuum arrestentibus horribiliter per timore
et expectacione que superuenient universo orbi. Et
virtutes celorum et que in celo sunt mouebuntur ad fuci-
dium miraculosius transmutacions in elementis. ad in-
aciendum timore horribilis iudicii uenientis. Et tunc
apparebit signum filii hominis in celo. sicut crux clauis et
lancea que est passionis xpi instrumenta. seu etiam
cicatrices que apparebunt in xpi corpore sicut omnia ap-
parebunt in aere. Et tunc plangent se omnes tribus
terre. quia in omnibus nacionibus sunt aliqui mali quibus
aduenientibus iudicii erit instabilis. Et tunc videbunt
filium hominis uenientem in nube. sicut in nube ascendit
in celum uidentibus apostolis. cum potestate magna et gloria
et maiestate. quia veniet ut dnus et rex potentissimus
qui prius uenit ut seruus. Et mittet angelos suos